VARII
TRACTATUS
DE
SACRAMENTIS

III
TIUS
II
ENTIS

Pièce	1	Daunou	560		
	2	—	600	Pellechet	4622
	3	—	981		
	4	—	1189		
	5	—	764	—	964
	6	—	1187	—	4744
	7	—	1044	—	696
	8	—	752	—	4383

7 pièces.
8

De Nanom cristiamtatis

Decem nationes christianitatis.

Gentes christianorum diuiduntur in decem nationes scz. latinos. grecos indos. iacobitas. nestorianos. moronitas. Armenos. georgianos. surianos. et mororabes

Prima natio latini habent papam ⁊ ĩperatorez pro superioribus Et reges multos. videlicet regem francie in natione gallicana Et multos duces ⁊ comites. in natione yspanica sunt reges castelle regionis. Rex aragonie. Rex portugalie Rex nauarre. ac multi duces ⁊ comites. In natione ytalicana Rex cicilie. rex neopolitanus et multi marchiones et comites. videlicet venetiarũ florentine. Senarum. ianue in germanica natione preter ĩperatorez qui debet esse alamanus sũt reges multi scz rex anglie. rex scotie. rex vngarie bohemie. polonie. dacie. frisie suecie bornegie. dalmacie. croacie et multi marchiones. langrani. duces. comites et predicti omnes sunt obedientes ecclesie romane.

Secũda natio. greci habent patriarcham cõstãtinopolitanũ. archiepiscopos abbates in spũalibus. in temporalibus imperatorem duces comites ⁊c. Pauci tamen sunt numero nunc qꝛ agareni et truchi occupauerunt et ceperunt maiorem ptem grecie Et isti non obediũt ecclesie romane Et habent errores multos. Suntqꝫ condennati per ecclesiam. quia dicunt ꝙ spiritus sanctus non ꝓcedit a filio et ꝙ nõ sit purgatoriũ.

Tertia natio indi sunt q̃ꝝ princeps est presbiter iohannes. huius potestas et numerus excedit omnes christianos. nã habet sub se lxxij. reges Et quando equitat facit portari ante se vnam

crucem ligneam Sed quãdo vadit ad bellum tunc facit por tari duas cruces vnam de auro et aliam de lapidibus preciosis. in illa terra est corpus beati thome apostoli.

Quarta natio iacobite dicti a iacobo heretico discipulo patriarche alexandri. hi in partibus oriẽtalibus occupant magnã partez asie et terram mãbre que est propinqua egipto et terram ethiopie vsqz ad indiã plusq̃z. xx. regna. hi circũcidũt. et baptisantur cũ ferro ignito caracterez crucis iprimũt in suis frõtibus et in aliis partibus corporis vt in brachiis vel pectore. hi confitẽt soli deo ⁊ nõ sacerdotibus. de ista prouicia indorum et agarenorum hi dicũt in christo tãtum esse naturã diuinã. aliqui eorũ loquũtur lingua caldea. alij arabica. alij vero aliis linguis scdm diuersitatem nationum. isti fuerunt condennati in consilio calcedone.

Quinta natio nescoriani a nescoriano heretico sic vocato qui fuit constantinopolitanus. hi ponũt in christo duas personas. vnã diuinam. aliam humanam Et negant beatam mariam esse dei matrem sed bene hominis ihesu. hi vtũtur lingua caldea et conficiũt corpus christi in fermento hi habitant tartariaz et maiorẽ indiã et sunt multi numero Terra eorũ cõtinet tm̃ sicut alamania et ytalia. hi heretici fuerũt ꝯdennati i sinodo ephesina et fuerunt diuisi ab ecclesia romana et permanserunt in sua pertinatia.

Sexta natio moronite a quodam heretico morone qui vnũ intellectum et vnã voluntatem in christo tãtũ ponũt. hi inhabitant libiam in prouincia fenicis in nagno numero plus edocti et experti specialiter vtũtur arcubus et sagittis in more latinorum

campanis et eorum episcopi ãnulis mitris et baculis pastoralibus vtuntur in scripturis diuinis littera caldea. in vulgari arabica. hi fuerunt sub obedientia romane ecclesie nã eorum patriarcha erat in consilio gnãli lateranensi celebrato rome sub innocentio iij. Sed postea recesserunt. hi primo fuerunt condennati in sinodo cõstantinopolitano postea redierunt ad obedientiam ecclesie romane et iteruz reuersi sũt ad suam falsam opinionẽ in qua perseuerant.

Septima natio armeni habitãt prope antiochiã hi propriam linguam communem omnibus scripturas sanctas et officium ecclesie dicunt i vulgari lingua ita q viri et mulieres intelligũt habẽt suũ primatẽ quẽ vocant catholicũ cui obediunt vt pape cum magna deuotione et reuerentia quadragesimã ieiunãt in qua non comedunt pisces nec vinũ bibunt in diebus sabbati comedunt carnes.

Octaua natio georgiani a beato georgio quem habent in prelijs in patronum et habitant in ptibus orientalibus et est populus fortis et deliciosus medijs persis et assuris. in quorum cõfinibus commorãtur. valde formidosi vtũr lingua et sacramentis grecorum Clerici habent coronas rotundas in capitibus rasas sclãres vero quadratas Et quando veniũt ad sanctum sepulchrum non soluunt saracenis tributum et. iherusalem ingrediuntur cum vexillis erectis quia saraceni eos timent et eorum femine vtuntur armis vti viri et quãdo scribunt soldano statim fit quod petunt.

Nona natio suriani dicuntur a ciuitate sur que est eminentior in suria vel a suria hi vtuntur in sermone vulgari lingua saracenica in scriptu-

ris diuinis et officio misse lingua greca. habent episcopos et ꝯsuetudinem grecorū seruant ꝛ eis obediunt in omnibus. cōficiunt in fermēto ꝛ habent opiniones grecorū cōtra latinos hos sequntur aliqui christiani qui in terra sancta sunt. Et vocantur samaritani cōuersi primo tempore apostolorū sāctoꝝ sed nom bene sapiunt in fide.

Decima natio mororabes hi olim fuerūt multi numero in partibꝰ affrice ꝛ yspanie ꝫ nunc sūt pauci Sūt eni dicti mororabes qꝛ modos christianoꝝ ꝺ arabia in multis tenebant Isti enin vtuntur in sacramentis vel in diuinis officiis lingua latina ꝛ obediunt sācte Romane ecclesie et prelatis latinorū ꝛ cōficiunt in azimo vt latini. Sed in multis discrepant a latinis quia in diuinis officiis habēt horas valde prolixas. quia cum dies naturalis diuidit̄ i xxiiii horas diei et noctꝭ tot officia habēt horas psalmos ꝛ ymnos Et certas habent orationes nimis ꝓlixas q̄s non dicunt more latinoꝝ nam quod latini dicūt in principio ipsi in fine vel in medio dicūt. Sacramentū aliqui i septez alii in decem diuidunt partes. Et est natio valde deuota. in matrimonio non coniungūtur nisi personis sue gentis inter quas femina amisso primo marito nunq̄ꝫ coniungitur alteri sed permanet in castitate perpetua.

¶ Causa tante diuisionis inter christianos fuit. quia ab antiquis temporibꝰ christiani fuerunt astricti ꝛ ipediti ne celebrarent cōsilia generalia ideo insurgentibus hereticis in diuersis partibus non fuit qui remedium imponeret.

¶ Explicit.